

Gospel for St. Timothy

Tonus antíquior

Dominus vobíscum. R̄. Et cum spí-ritu tu-o. V̄. Sequénti-a Sancti

Evangé-li-i secúndum Lucam. R̄. Glóri-a tibi Dómine.

I-n illo témpore: Dixit Jesus turbis: Si quis venit ad me, et non odit

patrem su-um, et matrem, et uxórem, et fí-li-os, et fratres, et soróres,


adhuc autem et ánimam su-am, non potest me-us esse discípulus. Et

qui non bájulat crucem su-am, et venit post me, non potest me-us esse

discípulus. Quis enim ex vobis, volens turrim ædi-ficáre, non pri-us

sedens cómputat sumptus, qui necessári-i sunt, si hábe-at ad perfi-ci-én-

dum; ne, poste-áquam posú-erit fundaméntum, et non potú-erit perfícere,



omnes, qui vident, incípi-ant illúdere e-i, dicétes: Qui-a hic homo cœpit
 ædi-ficáre, et non pótu-it consummáre? Aut quis rex itúrus commíttere
 bellum advérsus á-li-um regem, non sedens pri-us cógi-tat, si possit cum
 decem mí-libus occúrrere e-i, qui cum vigínti mí-libus venit ad se?
 A-li-óquin, adhuc illo longe agénte, lega-ti-ónem mittens, rogat e-a, quæ
 pacis sunt. Sic ergo omnis ex vobis, qui non renúnti-at ómnibus, quæ
 póssidet, non potest me-us esse discípulus.